

**Cardinaliuz po** ministrumq; assumere. vos enim in dominum ad hanc et  
**testas.** omnes alias potestates eligitis. ille vni regno vel popu-  
**Quid futurū ex** lo Regem seu Principem dat. vos orbi vniuerso et ipsis  
**potestatis abusu** Regibus Principem datis. Et modo potestate si pertina-  
 cius abuti perseveraueritis et si ego taceo. quid futurum sit  
 ipsi prospicite. Sed impetrata prius venia leuate obsec-  
 cro capita vestra et a terrenis vos ad celestia reuocate. nec  
 quod dei manifeste est sine deo facere per deum velitis.  
**Quomodo eligi** **Cardinales sole**  
**bant.** Iudices terre qui ad id ex singulis orbis partibus eque  
 deligi solebatis et ad id constituti estis ut omnium causas  
 cognoscatis. agitate animo quante perfidie sit et quot quan-  
 taq; supplicia mereatur hoc facinus. si cum fidei et iudicio  
 vestro ecclesia et orbis se christianus commiserit. vos illi  
**Sponsus. A eno.** nunc vidue non sponsum sed lenonem. hunc erranti non pa-  
**Pastor. A upus** storem sed lupum dederitis. Per nomen ipsum glorios-  
 sissime trinitatis patris et filij et spūs sancti cuius rem hodie  
 faciuri estis. per humanitatem et fidem. per ius fasq; per  
 omnia patibula saluatoris et quotquot ex eis bona vobis  
 et cibis prouenire liberate affectibus animos. et id vnum  
 vobis persuadete. non posse bene publica geri nisi priuatis  
 anteponantur. neq; priuata conseruari nisi publica bene ge-  
 rantur. Qued si mihi non creditis. rebus ipsis et operibus  
 credite. quod iis acciderit qui in eligendis pontificibus pri-  
 uatis rebus consulere. et quæsera ac mani penitentia penas  
 luere: ad memoriam reuocate. Sic enim nec illi ad suum  
 fortasse redibunt vomitum: nec vos eorum facta non hor-  
 rescetis. **U**icit mihi nescio quis. quid vis: quid instas:  
 quid tam importune petis: virum bonum mi frat: in Pon-  
 tificem quero. quod non sibi soli sed et tibi et mihi et cibus com-  
 modo sit. et parētis nomen non immerito gerat. Modo hunc  
 dederis. cogere in me omnes contumelias. et si he non successer-  
 rint. adde verbera. plagas adiunge. Audio quendam gra-  
 uem probumq; virum non insulse ut solet iocari. **U**anobis  
 inquit dicunt Pontificem virum bonum. ubi est: velle eum  
 in tanta re non locari. sed tamen scio quod velit. raros esse bo-  
 nos affirmat. nec ego id nego. siquidem omnia bona rara. Sed  
 oro te. cum vnus in orbe toto Pontifex maxi. sit. de vulgo